Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quales persecutiones sustinui: et ex omnibus me eripuit dns.
Et omnes qui uolunt pie uiuere in xpo iesu persecutionem
paciuntur.

Frs. Spectaculum facti sumus mundo: et angelis. et
hominibus. Nos stulti propter xpm. uos aut prudentes
in xpo: nos infirmi uos autem fortes: uos nobiles. nos aut ignobil
es. Usque in hanc horam et esurimus et sitimus. et nudi sumus.
et colaphis cedimur. et instabiles sumus: et laboramus operantes
manibus nostris. Maledicimur. et benedicimus: persecutionem
patimur. et sustinemus: blasphemamur. et obsecramus. Tanquam
purgamenta huius mundi facti sumus: omnium per ipsima usque
adhuc. Non ut confundam uos hec scribo: sed ut filios meos ka
rissimos moneo: in xpo iesu dno nro.

Gratias agere debemus deo semper pro uobis. ita ut dignum
est: quoniam super crescit fides uestra. et habundat caritas uni
us cuiusque omnium uestrum in inuicem: ita ut et nos ipsi in uo
bis gloriemur. in ecclesiis dei. pro patientia uestra et fide in omnibus
persecutionibus uestris et tribulationibus quas sustinetis in exempl
um iusti iudicii dei: ut digni habeamini in regno dei pro quo et pa
timini: si tamen iustum est apud deum retribuere retributionem
his qui uos tribulant: et uobis qui retribulamini requiem nobis
cum. in reuelatione domini iesu de celo cum angelis uirtutis eius.
in flamma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt deum:
et qui non obediunt euglio dni nri iesu xpi. Qui penas dabunt
in interitu eternas a facie dni et a gla uirtutis eius: cum uenerit
glorificari in sctis suis. et admirabilis fieri in omnibus qui credide
runt iesum xpm dnm nrm. Sc. Mathm.

In illo t. Dixit ieus. dis. s. Nichil opertum quod non reuelabitur: et
occultum quod non scietur. Quod dico uobis in tenebris. dicite
in lumine: et quod in aure auditis predicate super tecta. Et noli
te timere eos qui occidunt corpus. animam autem non possunt occi